Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 16



SERVI

ITYRE tu patulæ. PASTOR inducitur securus: & dare operam cantilenæ sub arbore recubans. Alter qui cum gregibus ex suis pellatur finibus Tityꝝ aspiciens sic alloquitur: Tityrū autem pro virgilio accipiamus nō vbiqꝫ: sed vbi ratio exigit: Dixit aūt sub fago allegorice i· sub arbore glādifera quæ fuit uictus causa. Antea.n. homines glandibus uescebātur. Nunc fagus ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. i. comedere. Ergo sub fago iaces id ē tuas retentas possessiones: quibus aleris vt olim fago alebātur. Patulæ: proprie quod semp patet dicimus patulū: ut nares arbor. Patens quod aperit̄ & clauditur ut hostiū & oculi. Musam. i. rusticū carmē. Tenui. i. culmo, auena, stipula. Vnde rustici cantare consueuerunt: sic alibi: Stridēti miseꝝ stipula disperdere carmen Tenui: Humilē stilū indicat quo hic vtit̄ Meditaris p ātistichon ab eo est quod græci μελετῶ dicunt. l. em̄ & d. inuicem cedunt: ut sella p seda. Fugimus: plus est q̄ relinqmus. sic Oratius: teucer salamina patrēqꝫ cū fugeret. Lentus. ociosus: ut q nūc lenti cōsedimus aruis. Resonare. d. a. s. Carmē tuū de amaryllide cōpositū doces siluis resonare itelligimus aūt melius simpliciter & nō allegorice ut aiunt quidā. q dicūt tu carmē de roma condis. plus. n. stupet Meliboeus si ita ille securus est. ut tantum de suis amoribus cantet. Nāqꝫ. e. i. m. d. Iteratio excludit adulatiōis colorē. Semp: & dū vi uit & post mortē. Alii. n. ipatores post mortē inter deos referunt̄. Augustus aūt tēpla viuus meruit. Orati. Præsentiqꝫ tibi maturos largimur honores. Iurādasqꝫ tuū p nomē ponimus aras. Sic Lucanus de Nerone sed mihi iā numē es. Imbuet. ibuere ē pprie incohoare. & initiare. Cur g eandē rē sæpe inchoat. Quia sæpe pascua mutāt pastores: vn̄ totiēs aras imbuunt quotiēs pascua mutāt Sed etiā apud maiores ibuere ē pfundere. & madefacere. Ergo absolute possumus dicere sæpe pfundet. Errare: pasci. ut Mille meæ siculis errāt in mōtibus agnæ. Ludere: scribere: vt Carmia q lusi pastoꝝ. Calamo. a rustico stilo. ut supra tenui musa. Nō inuideo: Ne frequēs interrogatio fortasse ex inuidia potius q̄ ex admiratōe eē videatur. Turbat̄. Turbamur sine discretione culpæ uel meriti: & inuidiose tēpora Augusti latenter carpit. Turbat̄ aūt est impsonale: quod ad om̄s pertinet: Nā mantuanoꝝ fuerat cōis expulsio. Si turbamur legas ad paucos uidet̄ ptinere. Protinus porro tenuus. i. longe a finibus: hinc paulo post: At nos hinc alii sitiētes ibimus afros. Aeger: & corpe & aio. Spem gregis. s. marē & fœminā. In vtroqꝫ. n. sexu repatio gregis constat. Ab. s. in nuda. ideo dolet quia solent herbas substernere Cōnixa. p enixa. Hiatus ēi causa mutauit ppositionē: ut ē secludite p excludite. Leua: stulta cōtraria. Sensus est pdituros nos qn̄qꝫ agros res manifesta prædicebat: Sed nos intelligere nequiuimus

Publii Virgilii Maronis Bucolica ægloga prima. Interlocutores Meliboeus: & Tityrus amici.

ME.

TITYRE TV PATVLAE recubans sub tegmīe fagi
Siluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines: & dulcia linquimus arua:
Nos patriā fugimus: tu tityre lentus i umbra
Formosā resonare doces amaryllida siluas TI
O meliboee deus nobis hæc ocia fecit
Nanqꝫ erit ille mihi semper deus: illius āram
Sæpe tener nostris ab ouilibus ibuet agnus
Ille meas errare boues (ut cernis) & ipsum:
Ludere quæ uellē calamo pmisit agresti Me
Nō equidē iuideo: miror magis: undiqꝫ totis
Vsqꝫ adeo turbatur agris: en ipse capellas
Protinus æger ago: hanc etiā vix tityre duco
Hic inter densas corylos mō nanqꝫ gemellos
Spē gregis ah silice in nuda cōnixa reliquit:
Sæpe malū hoc nobis, si mēs non læua fuisset,

Tityrus

TYCHRI. Tityre. Tityrus libyce hircum significat. Meliboeus est grece cura boum. Sunt autem nomina de Theocrito sumpta. per Tityrum se: per Meliboeum reliquos mantuanos allegoricè intelligit

Oratōnis partes

Et si orationis quinqꝫ sint partes: ultimæ tamen duæ memoria & pnunciatio solius dicentis sunt: primæ autem tres etiā ad scribentē ptinent. hæ sunt inuentio: dispositio: & elocutio. Verum elocutio ea est quæ characterem siue figurā orationis quæ triplex est cōficit: Elocutio aūt habet elegantiā cōpositionem & dignitatem. Elegantia singula verba eligit: Composicio illa iam electa construit atqꝫ componit. Itaqꝫ qualem figuram exprimere uolumus: talia verba, talisque compositio est adhibenda. Figura aūt generi reꝝ quas scribimus accomodāda est: Ergo cum hic res pastoralis ageret̄: humilis oratio atqꝫ depressa fuit eligenda: ac humilis infimaqꝫ figura. Quapropter cum elegisset Tityre recubans sub tegmine patulæ fagi quæ verba nihil elatum habent. nihilqꝫ grande resonant: tamē ita illa construxit atqꝫ composuit: ut illud infimum elocutionis genus non excederet. Itaqꝫ si attente audias Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi: intelliges omnia suppressa atque demissa: Nā iudiciū hoc totum

a

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0015
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG